S A N C T A E

S E D I A P O S T O L I C A E

EPISCOPI SAMOGITIENSIS

R E L A T I O D I O E C E S A N A

A n n o D.n i 1921.

CAPUT I.

Generalia de statu materiali personarum et locorum.

1.Episcopus Samogitiensis Franciscus Karevičius,69 annum aetatis agens,e paroecia Mosedis in Samogitia oriundus,episcopus consecratus est die 17 Maii anni 1914,regimen dioecesis suscepit die 31 Maii eiusdem anni.

Episcopum Auxiliarem,dioecesis Sedi datum,habet R. D.num Josephum Skvireckas,Episcopum titularem Ceramensem, consecratum die 13 Julii 1919 anni.

2.Dioecesis Samogitiens.erecta est anno 1417,die 24 Octobris a Patribus Concilii Constantiensis per legatos Joannem,archiepiscopum Leopoliensem et Petrum episcopum Vilnensem cum sede episcopali Varnis seu Medininkis;an. 1864 a Russiaco gubernio sedes ista cum capitulo,consistorio et seminario dioecesano Varnis translata est Caunam; anno autem 1895 auctoritate Summi Pontificis Leonis XIII, iuxta Decretum S.Congregationis Consistorialis die 8 Septembr.anni 1883 editum,vetere ecclesia cathedrali Varnensi seu Medininkensi suppressa,sedes episcopalis in civitatem Caunensem translata et ecclesia SS.App.Petri et Pauli ibidem ad dignitatem ecclesiae cathedralis evecta et canonice instituta est.

Dioecesis ista ab anno 1798 est suffraganea Provinciae eccles. seu Metropoliae Mohiloviensis cum sede in urbe Petropolis in Russia.

3.a. Locus residentiae Ordinarii nunc temporis est urbs Kaunas /Kowno/ in Lituania.

b. amplitudo dioecesis attingit 38000 ~~km quad~~ qkm. et occupat /parte Curonensi hoc anno separata/ provinciam Kaunensem Reipublicae Lituanae; coeli temperies est moderata:, lingua lituanica.

c. Summa incolarum territorii attingit 1700000, quos inter 1 300.500 sunt catholici.

Oppida praecipua sunt: Kaunas /circa 100.000 incolarum/, Šiauliai, Panevėžys, Telšiai, Reseiniai, Ukmergė, Ežerėnai, Varniai, Kedainiai, Žagarė, Šeduva, Plungė.

Praeter Judaeos, qui in numero circa 320 milium plerumque in oppidis degunt, adsunt in dioecesi item acatholici et quidem: graeco-orientalis schismatis asseclae seu Russi orthodozi circa 10 milia /loco 50 milium ante bellum; nam plerique orthodozi, uti officiales civiles et militares Russi, restituto Statu Lituano regionem derelinquerunt/; ev. lutheranae confessionis circiter 50000; reformatae seu Calvinianae confession. circa 15600; reliqui pertinent ad minores protestantium sectas vel mahometanam profitentur.

d. Numerus sacerdotum saecularium est 680. In seminario dioecesano sunt 100 alumni in 4 cursus theologicos et 2 cursus philosophicos divisi;

sunt a gubernio Russiaco, tempore quo haec regio dicioni Russorum subiecta erat.

h. Religiones <u>mulierum</u> in dioecesi habentur ~~tres:~~ hae:

1. Caunense monasterium monialium Ordinis S. Benedicti iuris pontificii cum 17 religiosis;

2. Krakensis Conventus Congregationis Sororum S. Catharinae V.M., iuris dioecesani cum 13 religiosis;

3. Pažaislis domus religiosa Congreg. Sororum S. Casimiri, iuris dioecesani cum 5 sororibus;

4. Congregatio Famularum B. Mariae Immaculatae habet 9 domus cum 25 sororibus, Iuris pontificii, habet decretum laudis

5. Congregatio Famularum Cordis Jesu pariter iuris pontificii, habet duas domus cum 11 religiosis.

CAPUT II.

<u>De administratione temporalium bonorum, de inventariis et archivis.</u>

4. Ecclesiae facultas acquirendi, possidendi et administrandi, iuxta civiles leges loci, est sarta tectaque, sed bona ecclesiastica tributis solvendis et oneribus publicis ferendis sunt obnoxia ad normam legis communis, quia privilegia statuum in Republica non agnoscuntur.

5. Ad ordinandum universum bonorum ecclesiasticorum negotium institutum est <u>Consilium administrationis</u>, constans praeside, Vicario Generali, quatuor consiliariis: Episcopo Auxiliari R.D. Josepho Skvireckas, Praelatis Dambrauskas, Januševičius et canonico C. Šaulys.

Quod Consilium ratione stabili gerit negotium administrationis et in actibus maioris momenti auditur ab Episcopo ad normam can.1520

6.Administratores particulares ecclesiarum aut piorum locorum vetere lege Russica non admittebantur;Confraternitates organisatae vetitae erant;tota administratio bonorum etiam legatorum erat reservata ezclusive sic dicto Collegio R.Catholico Petropoli.Qui modo constituuntur administratores obligantur ad reddendas rationes ad normam can. 1525,Quod et praestant.

7.Praescripta canonis 1523 circa modum administrationis et confectionem librorum accepti et ezpensi servantur; libri rationum habentur in omnibus ecclesiis dioecesis.

Canon 1526 de non inchoandis litibus sine Ordinarii scripta licentia,can.1527 de abstinendo ab actibus ordinariam administrationem ezcedentibus omnino servantur,paucis casibus ezceptis.

Praescripta can.1544 seqq.circa congruam dotem,tabulas piarum fundationum sunt in usu et servantur.

8.Bona fiduciaria ad pias causas acceptantur cum scitu et approbatione Ordinarii administranturque ad normam can. 1516.

9.In venditione,oppignoratione,permutatione,locatione et emphyteusi bonorum servantur normae canonum 1530-1533; 1538-1542.

Praecipua his de rebus negotia referuntur ad locationem et permutationem agrorum beneficialium cum aliis agris pro-

13.Inventaria immobilium,mobilium et sacrae supellectilis uniuscuiusque ecclesiae,parochiarum,Capituli Cathedralis, confraternitatum aliorumque piorum locorum conficiuntur in duplici exemplari,quorum alterum in archivo ecclesiae loci vel pii operis aut instituti servatur,alterum autem in Curia episcopali habetur ad normam can.1296,1522.

Ne morte rectoris ecclesiae aut superioris pii operis mobilia et supellectilia disperdantur aut subtrahantur,cautum est ad normam canonum 1296,1300-1302 per cofectionem inventariorum in forma,ut debitum effectum etiam in foro civili sortiantur.

14.Dioecesanum archivum habetur erectum et custoditum ad tramitem can.375-378.Tempore obsidionis et oppugnationis urbis et arcis militaris Caunensis in pugnis inter exercitus Germanorum et Russorum,capta urbe 1915,etiam archiva ecclesiastica reperiebantur in manibus occupantium,deferebantur de loco in locum et notabiliter erant turbata.Iamvero quantum per temporis difficultates licet,debitus ordo ad normam iuris restituitur.In eo adsunt documenta et libri, de quibus in can.470 § 3,1010,1047,1107.Documenta et libri parochiales incipiunt ab anno 1652.Catalogi habentur confecti ad libros matricularum:baptizatorum,defunctorum,copulatorum;ad alia documenta catalogi conficientur,sedatis belli perturbationibus.

In Cancellaria Curiae episcopalis habetur archivum secretum cum armario obserato,in quo scripturae secretae custodiantur,servatis regulis cann.379-380.

15. Ecclesia cathedralis, paroeciales, filiales et alia pia loca habent sua quoque arwhiva cum documentis cuius-cumque piae causae propriis, cum inventariis mobilium et immobilium.

Ultima dispositio et instructio Ordinariatus de ordinandis archivis data est clero dioecesano die 4 Septembris an. 1920. Quapropter ezemplaria catalogorum, ezhibenda Curiae Episcopali ad normam can. 383, nondum omnia habentur.

CAPUT III.

De fide et cultu divino.

16. Fideles generatim sunt addicti religioni et Ecclesia. Inter cultiores habentur opiniones prae~~scri~~conceptae contra Ecclesiam vel fidem catholicam, quae tamen cuiusvis sectae religiosae formam non induunt. Inter hos eminent socialismi sectatores.

Dantur nonnulli scholarum praeceptores, qui praeconepptas contra fidem et Ecclesiam opiniones studiosae iuventuti, data occasione, suggerere conantur. Generatim tamen errores contra fidem inter fideles dioecesis non serpunt, prazis superstitiosa aut ab institutis catholicis aliena non observatur; modernismi, theosophismi, spiritismi lues dioecesim non infestat; nullus e clero est istis erroribus infectus.

Adest Consilium a Vigilantia, constans tribus presbyteris, theolog. doctoribus.

Professio fidei cum iuramento antimodernistico ezigitur

et ab omnibus ad quos spectat fideliter praestatur iuzta can.1406 et decretum S.Officii 22 Martii 1918 ah.

17.Divinus cultus ezercetur liberrime.

18.Ecclesiae iura circa coemeteria sarta tectaque sunt et canonicae de his leges possunt servari.

19.In cultu divino,in Sanctorum,sacrarum imaginum et reliquiarum veneratione;in sacramentorum administratione, nec non in sacris functionibus,sive quoad ritus,sive quoad linguam et cantum,leges canonicae et liturgicae servantur cum quibusdam antiquis Provinciae consuetudinibus.

Nonnullae singulares consuetudines fundantur auctoritate Ritualis Sacramentorum Petrikoviensis,ez decreto Synodi provincialis Petrikoviensis an.1621 ad uniformem ecclesiarum Regni Poloniae usum editi et anno 1631 reimpressi.Ita interrogationes in collatione S.Baptismi et aliorum Sacramentorum fiunt solummodo lingua vernacula.Processio in Solemnitate Corporis Christi peragitur cum canticis et caeremoniis a Rituali Romano diversis.In die Parasceves finitis Vesperis SS.Sacramentum in Ostensorio positum ac velatum processionaliter transfertur in paratum sepulchrum speciale, ubi servatur ezpositum adorationi fidelium ad noctem Resurrectionis Domini.Qua nocte vel mane peragitur ritu speciali apertio Sepulchri Domini cum sollemni Processione.

In ezpositione et repositione SS.Sacramenti cantantur hymni:"O Salutaris"et "Tantum ergo",celebrante cum monstrantia ad populum verso.

In ecclesiis picturae,statuae aliaque a sanctitate loci

aliena vel liturgicis legibus minus consona non adsunt.

Profani conventus vel nundinae non fiunt.

20.Numerus ecclesiarum in singulis oppidis vel paroeciis fidelium necessitati fere sufficiens est.

21.Ecclesiae generatim sunt mundae,decenter ornatae et supellectili sufficienter instructae.

Ecclesiae:Cathedralis Caunae,Šiluvensis,Šiaulensis,Telšensis,Tytavėnensis,Kalvariensis,Remigalensis,Švėkšnensis, Joniškensis,Rokiškensis,Rietavensis,Salantensis,Anykštensis, Šilalensis,Josvainensis eminent sua structura,arte,nonnullis picturis,eaedem insignes sunt pretiosa supellectili vel paramentis,de quibus omnibus congrua cura adhibetur.

22.Ingressus in ecclesias,dum sacra aguntur,est omnibus prorsus absolute semperque gratutitus.

23.Ne furtis et profanationibus obnoziae sint ecclesiae rite custodiuntur:ecclesiae in quibus SS.Eucharistia asservatur,praesertim paroeciales,quotidie per aliquot horas fidelibus patent.Cann.1267 et 1268 circa custodiam SS.Sacramenti in uno tantum loco et altari et circa decorem et ornamentum altaris eiusdem;can.1269 circa tabernaculi statum, can.1271 circa lumen perpetuum coram SS.mo observantur. Sed tempore belli ob olei et cerae penuriam vel defectum in locis ubi pugnabatur in quibusdammecclesiis,nocturno praesertim tempore,lampas vel eztinguebatur vel lumine electrico compensabatur.

CAPUT IV.

De iis quae ad Ordinarium pertinent.

24. Ordinarius Samogitiensis fruitur reditibus: 1. Ex bonis immobilibus quae constant: a/ uno praedio circa 170 ha seu desjatin; b/ uno lacu mediocri; c/ una mola aquaria; d/ una villa seu domo lignea in loco antiquae sedis episcopalis Varniai /Vornie/. 2. ex pulico aerario percipitur annua pensio in summa 24.000 marcarum germ. seu aureorum lituanicorum. Qui reditus essent plane sufficientes ad honestam sustentationem tempore normali, sed nunc temporis, cum pecuniae valor ob belli adiuncta immense decrevisset, reditus isti facti sunt viz sufficientes.

Domus episcopalis Caunae est muro latericio constructa, constans duabus contignationibus, quarum superiorem inhabitat Episcopus cum suo famulo, inferior contignatio divisa est in duas partes, quarum alteram inhabitat Episcopi Secretarius, idem et Cancellarius Curiae, alteram vero ostiarius et culima cum famulatu occupant.

Cathedraticum ad normam can. 1504 exigitur nullum.

Speciali dioecesis necessitate impellente, praesertim ratione belli, inde ab initio anni 1920 imposita est omnibus beneficiariis ad normam canonis 1505 exactio solvenda quotannis per proximum triennium in quantitate a 120 ad 200 marcas germ. seu aureas lituan. Praeterea ab omnibus sacerdotibus visitationi decanorum seu vicariorum foraneorum obnoxiis solvitur inde a multis annis exactio specialis pro semi-

nario dioecesano. Quae ezactio ad prozimum triennium statuta est in annua quantitate 80 marcarum.

Episcopus sive qua Ordinarius, sive qua persona privata nullo aere alieno gravatus est.

25. Episcopales aedes et bona mensae immobilia et mobilia conscripta sunt, confecto inventario, iuzta praescripta canonum 1483, 1299 § 3 et 1301.

26. In ultima Sedis vacatione bona mensae episcopalis administrabat Vicarius Capitularis; oeconomus pro mensae bonis non fuit constitutus.

27. Ordinarius legi residentiae satisfacit per commorationem in civitate episcopali. Tempore visitationis spatio quatuor mensium quotannis Episcopus in quavis ecclesia paroeciali peragit pontificalia, concionatur bis vel ter in die. In civitate episcopali peragit pontificalia in sollemnioribus festivitatibus et facit allocutionem ad populum. Litterae pastorales ad clerum et populum dantur pro temporis opportunitate. Leges ecclesiasticae et dioecesanae notae fiunt per insertionem et publicationem in officiali Folio Dioecesano "Žemaičių Vyskupijos Kronika" vel in casibus eztraordinariis per litteras circulares aut cursorias. Decani seu Vicarii foranei tenentur obligatione advigilandi et curandi ut leges fideliter serventur ad normam can. 336.

28. Sacramentum Confirmationis administratur ab Episcopo occasione visitationis ecclesiarum dioecesis fere quatuor mensium spatio quotannis; praeterea in civitate episcopali administratur Confirmatio in festis solemnioribus et occa-

sione communionis generalis puerorum vel studiosae iuventutis scholaris.

In huius Sacramenti collatione regulae de aetate confirmandorum et de patrinis servantur.

29. In ultimo quinquennio sive per me, sive per Episcopum Auxiliarem Samogitien. ad Sacros Ordines promoti sunt, praeter caeteros clericos, ad presbyteratum 94 diaconi; in hoc numero e dioecesi Samogitiensi 60, Vilnensi, 25, Seinensi 9.

Leges de non promovendis qui necessarii vel utiles non sint iuxta can. 969 sunt servatae; immo ex eo quod ob belli adiuncta Seminarium per duos fere annos non functionabatur et quod praeterea multi sacerdotes sive morbis contagiosis affecti praemature obierunt, sive acie exercituum pugnantium a suis sedibus seclusi vel extra limites dioecesis missi erant, orta est notabilis penuria sacerdotum. Quapropter anno 1919 ordinati sunt presbyteri aliquot diaconi qui, studiis philosophicis per biennium absolutis, studiis theologicis in Seminario nonnisi per triennium vacaverunt, dum cursus integer est quatuor annorum.

Generatim numerus promotorum ad presbyteratum attenta necessitate est omnino insufficiens.

Dioecesis necessitate impellente incardinavi tres sacerdotes ex Archidioecesi Mohiloviensi ad normam cann. 111 et seqq.

30. In concedenda facultate sacramentales confessiones audiendi servatae sunt regulae cann. 877 seq. pariter can. 893 seq. circa casus reservatos.

31.Circa sacram praedicationem servantur normae Constitutionis S.P.Benedicti XV et S.Congr.Consistorialis die 28 Iunii 1917 an.datae;can.1340 circa licentiam concedendam et can.1347 circa modum et argumentum concionandi observatae sunt.Instructio Pastoralis de munere praedicationis sacrae ordinando edita est die 21 decembris anni 1918. Votum a can.1345 expressum de brevi aliqua homilia in missis festivis habenda ducitur sensim ad effectum iuxta citatam Instructionem dioecesanam diei 21 decembris 1918 an.

32.Nuptiae fidelium cum infidelibus vel impiis non occurrunt;fidelium vero cum acatholicis protestantibus et schismaticis graeco orientalis confessionis russicae initae sunt coram ministro catholico cum debita dispensatione,servatis conditionibus ab Ecclesia praescriptis.

Casus matrimoniorum mixtorum,contractorum coram ministro acatholico,intra limites dioecesis sunt rarissimi,praesertim inter divortiatos a consistoriis heterodoxis;frequentius occurrunt casus eiusmodi matrimoniorum initorum extra dioecesim ab emigratis vel captivis in Russia.Haec matrimonia post reditum oratorum in dioecesim plerumque convalidantur.

33.Ultimo sexennio quo commissum mihi munus episcopale exerceo visitatae sunt 260 ecclesiae;nihilominus tamen ob belli difficultates et amplitudinem dioecesis fere tertia pars ecclesiarum manet nondum visitata.

Praeter loca et res,libros et archiva visitavi quoque personas clericorum,uniuscuiusque vitae rationem confessio

nisque frequentiam absque nimia indagatione cognoscendo.

Inspezi quoque quae habentur circa legatorum adimplementum et missarum manualium satisfactionem ac stipem,et reperi fere omnia hac in re procedere ad normam Instructionum dioecesanarum et legis iuzta cann.824-844.

34 Synodum dioecesanam nondum celebravi;ultima synodus congregata fuit Varnis anno 1752.Sub regimine Russorum id vetitum erat,nunc tempus belli impedimento est.

35.Dioecesis Samogitiensis adnumeratur provinciae ecclesiasticae Mohiloviensi,cuius Metropolitanus est Archiepiscopus Mohiloviensis cum residentia in urbe Petropoli. Aditus Sedis metropolitanae et quaevis communicatio aut commercium etiam litterarum cum Archiepiscopo Metropolitano inde ab initio belli erant valde impedita,postremis autem annis ob dominans in Russia regimen gubernii mazimalistici seu bolševik'orum prorsus interrupta sunt.

Ultima Conferentia convocata a Metropolitano habita est Petropoli die 20 mensis Octobris anni 1911;interfuerunt praeter Metropolitanum tres Episcopi:Samogitiensis,Vilnensis,Luceorio-Žytomiriensis.Actum est potissimum de statu et conditione Ecclesiae in dicione Russica;inita consilia et decreta Conferentiae circa libertatem cultus,de aedificandis et restaurandis ecclesiis,de scholis,de promulgatione et applicatione legum ecclesiasticarum,de associationibus et piis institutis,de iudiciis et poenis caruerunt desiderato fructu ob summam resistentiam Gubernii,a quo prohibitum erat decisiones Conferentiae ezecutioni mandare.

36.Relationes cum civili loci auctoritate hactenus sunt satis rectae;nam in Coetu Legislativo /Seimas/ Reipublicae deputati catholici in praesenti praevalent;episcopalis dignitas et iurisdictio sarta tecta servatur;servilitate erga humanas potestates vel alio modo detrimentum libertati et immunitati Ecclesiae aut dedecus statui ecclesiastico non obvenit.

CAPUT V.

De Curia dioecesana.

37.Curia dioecesana habet aedes proprias,non omnino tamen sufficientes et convenientes,praesertim pro archivo dioecesano servando.

Prospectus officialium Curiae dioecesanae:

1.Vicarius Generalis E.imus Ill.imus ac R.imus D.nus Joseph Šviredkas,Episcopus Auxiliaris;

2.Officialis,Praelatus Joannes Maculevičius,Dr.Theol.;

3.Vice Officialis,Praelatus Franciscus Pacevičius,M.Th.;

4.Promotor Iustitiae Canonicus Casimirus Paltarokas, M.Th.;

5.Defensor vinculi /matrimonii et ordinis/Canonicus Antonius Alekna,Cand.Th.;

6.Cancellarius,Canonicus Casimirus-Stephanus Šaulys,M.Th.;

7.Vice-Cancellarius Joseph Byla,Presbyter;

8.Secretarius Episcopi f.m.Canonicus C.S.Šaulys.

9.I Notarius Can.J.Stakauskas,M.Th.;

10.II Notarius Presbyter St.Pavilanis,Cand.Th.;

11.III Notarius Presbyter Joseph Lesauskis,Th.Dr.;

12.Archivarius Presbyter Petrus Tamošauskis,C.Th.;

13.Registrator Feliz Kapočius,Presbyter,

14.Scriba Tribunalis /vacat/,

15.II Scriba /vacat/,

16.III Scriba /vacat/,

17.Cursor,

18.Apparitor.

Tribunal Ordinarium primae instantiae.

/Constitutum die 7 Decembris 1918/.

Officialis:Praelatus Joannes Maculevičius,Dr.Theol.;,

Vice-officialis:Praelatus Franc.Pacevičius,M.Th.;

Promotor iustitiae:Canonicus Casimirus Paltarokas,M.Th.;

Defensor vinculi:Canonicus Antonius Alekna,Cand.Th.

Judices pro-synodales:

1.Praelatus Alezander Dambrauskas,M.Th.;

2.Praelatus Franciscus Pacevičius,M.Th.;

3.Praelatus Paulus Januševičius,M.Th.;

4.Praelatus Constantinus Olšauskis,M.Th.;

5.Monsignore Bronislaus Žongollovič,Dr.Theol.,Cub.int.S.S.,
Canonic.honor.,Prof.Academiae,

6.Canonicus Casimirus Paltarokas,M.Th.;

7.Presbyt.Ladislaus Jurgutis,M.Th.,prof.Seminarii,

8.Presbyter Bronislaus Liaus,M.Th.,Can.hon.,

9.Canonicus Antonius Alekna,C.Th.

Notarii

et actuarii:

1. Presbyter Joseph Lesauskis, Dr.Th.,
2. " Stanisl. Pavilanis, Cand.Th.,
3. " Feliz Kapočius,
4. Canonicus hon. Joseph Stakauskas.

Archivarius: Presbyter Petrus Tamošauskis, C.Th.

Parochi Consultores:

1. Praelatus Paulus Januševičius, M.Th., parochus Caunensis ecclesiae SS. Trinitatis,
2. Clemens Šovys, Th.Dr., parochus Caunensis eccl. S. Crucis,
3. Antonius Kryžanauskas, parochus Salakensis, decanus Ežerėnensis /Zarasen./, Can.hon.,
4. Julianus Jasienskis, M.Th., parochus Šiaulensis, decanus Joniškensis,
5. Casimirus Pronckietis, M.Th., parochus Kedainensis et decanus Caunensis,
6. Stanislaus Sarapas, parochus Radviliškensis, decanus Šeduvensis,
7. Julius Maciejauskis, parochus Švėkšnensis, decanus Rietavensis, Can. hon.,
8. Dominicus Motuzas, parochus Skaudvilensis, decanus Batakensis et
9. Paulus Korzonas, parochus Telšensis, decanus Alsėdensis.

Consilium Administrationis

ad ordinandum universum bonorum ecclesiasticorum

negotium.

Praeses Ex.imus ac R.imus Ordinarius loci.

Consiliarii: 1. Eppus Joseph Skvireckas, T.M.,

2. Prael. Dr. Joannes Maculevičius,

3. Prael. Paulus Januševičius, M.Th.,

4. Canonicus C.St. Šaulys, M.Th.

Coetus deputatorum

in consilium seminarii dioecesani ad proximum sexennium.

a. Pro Consilio disciplinae:

1. Praelatus Alexander Dambrauskas, M.Th.,

2. Canonicus Antonius Alekna, Cand.Th.

b. Pro Consilio administrationis:

1. Praelatus Paulus Januševičius, M.Th.,

2. Canonicus C.St. Šaulys, M.Th.

Consilium vigilantiae:

1. Praelatus Dr. Joannes Maculevičius, Dr.Th.,

2. Prof. Dr. Bronislaus Žongollovič,

3. Prof. Dr. Blasius Česnys.

Censores librorum de religione tractantium.

1. Joseph Skvireckas, M.Th. Epps Auxil.

2.Joannes Maculevičius,Dr.Th.,Prael.,

3.Alexander Dambrauskas,M.Th.,Prael.,

4.Paulus Januševičius,,M.Th.,Prael.,

5.Casimirus Šaulys,M.Th.,Canonic.,

6.Bronislaus Liaus,M.Th.,Can.hon.,

7.Casimirus Paltarokas,M.Th.,Can.,

8.Ladislaus Jurgutis,M.Th.,Prof.Seminarii,

9.Marcus Morkelis,M.Th.,Prof.Seminar.,

10.Meškauskas Joseph,M.Th.,Prof.Seminar.

Examinatore pro synodales

ad proximum decennium ad normam can.385-390 constit.:

1. Eppus Auxil.Joseph Skvireckas,Th.M.,
2. Praelatus Joannes Maculevičius,Dr.Th.,
3. Praelatus Alexander Dambrauskas,M.Th.,
4. Praelatus Paulus Januševičius,M.Th.,
5. Canonicus Casimirus Šaulys,M.Th.,
6. Canon.hon.Bronislaus Liaus,M.Th.,
7. Canonicus Casimirus Paltarokas,M.Th.,
8. Canonicus Antonius Alekna,Cand.Th.,
9. Prof.Seminar.Ladislaus Jurgutis.

38.Vicarius Generalis est Episcopus Auxiliaris R.mus D.inus Josephus Skvireckas,excellens doctrina,zelo fidei, animi gravitate ac constantia.

Officialis Tribunalis dioecesani Praelat.Maculevičius,

doctor theol., Seminarii dioec. rector, excellit doctrina ac morum gravitate omnique constantia ac moderamine.

39. Proventus Curiae habentur potissimum ex aerario publico; secundum editam anno praeterito legem solvenda Curiae summa pecuniaria efficit circa 84 milia aureorum lituan. seu marc. germ.

Erogatio: pensiones officialium 74 milia; reliqua pecunia destinatur sustentationi aedium, calefactioni aedium, curae rei domesticae.

Praeterea secundum vigentem in dioecesi consuetudinem immemorabilem percipitur aliqua praestatio pro concedendis dispensationibus a publicationibus matrimonialibus in quantitate rublorum russ. 3 pro casu. Quae praestatio efficiebat prisca moneta russica a 900 ad 1000 Rbl. pro anno, nunc autem, mutato pecuniae valore et moneta, efficit circa octo milia aureorum lit. seu marcarum germ. et cedit in subsidium sustentationis Cancellariae Episcopi, Secretarii eiusve adiutoris.

Aliae eleemosynae vel taxae, solutae iuxta vires pro dispensationibus matrimonialibus, erogatis ab Ordinario vigore facultatum specialium, in quantitate annua circa 10 ad 12 milia marc. germ. transmittuntur ad S. Congregationem de Sacramentis.

CAPUT VI.

De Seminario.

40. Seminarium dioecesanum adest in civitate episcopali

Caunae.

41.In eo ad clerum indigenum creandum educantur selecti iuvenes bonae spei,praecipue e dioecesi oriundi.

a.Numerus et status eorum qui externam disciplinam regunt,qui spiritualiter alumnos dirigunt,qui docent,qui discunt est sequens:

Rector Prael.Joannes Maculevičius,Dr.Theol.

Vice-Rector Canon.Casimirus Paltarokas,M.Theol.

Praefectus presb.Marcus Morkelis,M.Theol.

Director spiritus presb.Joseph Meškauskas,M.Th.

P r o f e s s o r e s:

Introduct.in Sacr.Script.,Exegesis S.Script.,Archeol.biblicae et sacrae:Exc.Epps Auxil.Joseph Skvireckas,M.Th.

Theol.Dogm.Fundam.,Propedeuticae theol.,Sociologiae:Can. Cas.Paltarokas,Vice-Rector.

Theologiae Dogm.Spec.et Liturgicae:Lesauskis Joseph,Dr. Theol.

Theol.Moral.Gener.,Specialis et Pastoralis:Rector Seminarii.

Juris Canonici et Civil.:Can.Casimirus Šaulys,M.Theol.

Historiae Eccl.,Historiae Lituan.,Historiae Universal.: Can.Antonius Alekna,Cand.theol.

Theol.Asceticae,Liturgicae,Physicae:Meškauskas Joseph,M.T

Homileticae,Patristicae,Theoriae artis litter.,Litterae lituan.,Paedagogicae:Marcus Morkelis,M.T.

Historiae Philosoph.et Linguae latin.:Ladislaus Jurgutis M.T.

Linguae latin.,Scientiae natur.,Cantus:Franciscus Penkauskas,M.Th.

Logicae,Criter.,Ontologiae,Cosmologiae,Psychologiae:Tamošaitis Isidorus,doct.phil.

Oeconomus presb.Joan.Petrošius.

Lector Hygienae et Medicus Rochus Šliupas,Dr.

Secretarius pr.J.Petrošius.

In Seminario discunt hoc anno circa 100 alumni divisi per 6 cursus:quatuor theologicos et duos philosophicos.

b.Aedes Seminarii sunt lapideae an.1471 erectae et destinatae monasterio Fratrum Ordinis S.Francisci.Monasterio a gubernio suppresso,aedes anno 1864 Seminario destinatae sunt;hygienicis exigentiis non omni ex parte respondent; domus rusticationis deest.

c.Reditus et onera Seminarii anno praeterito 1920 fere hi erant:

Reditus:

1.ex aerario publico circa............	Mk.	157000
2.ex solutionibus annuis alumnorum....	"	40000
3.exactio peculiaris imposita beneficiariis ad proximum triennium iuxta can.1505........................	"	40000
4.proventus oeconomiae domesticae Seminarii/hortus,domus etc./.........	"	50000
5.ex collectis in ecclesiis,oblationibus,eleemosynis....................	"	36000
	Mk.	323000.

Ezpensae:

1.Pensiones professorum..............Mk.65Ø000
2.Sustentatio........................ " 156000
3.famulatus.......................... " 20000
4.aedes,cura rei domesticae etc..... " 80000

Mk.323000.

Praeterea in aerario Seminarii habentur varia legata in quantitate circa 150 milia rubl.russ.Quae legata plerumque constant obligationibus variorum Bankorum Russiae et in praesenti nullum praeseferunt valorem.

Onera seu obligationes pro fundatoribus vel benefactoribus sunt:176 Missae dicendae a neo-presbyteris et 24 Missae a superioribus et professoribus Seminarii.Insuper bis in anno Officium Defunctorum ab alumnis cantandum.

d.Ad meliorem Seminarii statum videntur necessarium sumptuum augmentum eo fine ut aedes amplientur et reconstruantur iuzta hygienae ezigentias,ut bibliotheca libris et operibus locupletetur,ut maior alumnorum numerus omnino gratis recipi et educari queat,ut pietate,idoneitate,ingenio praestantes alumni in maiore quam nunc numero in Facultates theologicas aut Academias mitti possint ad continuanda studia specialia.Usque ad annum 1915 aderat Academia ecclesiastica Petropolitana,ubi pro studiosis dioecesis Samogitiensis 6 stipendia habebantur.Nunc Academiae studiis ob bellum interruptis propria Academia aut Facultate theologica nondum erecta,comparationi superioris scientiae sacrae eo

pro viribus consulitur quod aliquot alumni post absolutum curriculum studiorum in Seminario ad vacandum studiis superioribus mittantur in Facultates extraneas.

42. Seminarium non est distinctum in maius et minus.

43. Tributum seminaristicum ad normam can.1356 non exigitur.

Regulae:

can.1357 circa visitationem alumnorum et regulas internas;

cann.1358,1360,1361 circa directionem disciplinarem, oeconomicam et spiritualem;

can.1359 circa deputatos;

can.1363 circa alumnos admittendos et excludendos;

can.1371 circa dimittendos aut expellendos;

cann.1364-1366 circa institutionem litterariam et scientificam, praesertim philosophiae et theologiae;

can.1367 circa pietatis exercitia;

can.1369 circa spiritum ecclesiasticum fovendum et urbanitatis leges tradendas fideliter servantur, iuxta datam ab Episcopo Instructionem specialem.

44. Ordinarius, quantum id temporum adiuncta sinunt, curat, ut aliqui alumni pietate et ingenio praestantes in Urbe vel alibi in Universitatibus rite probatis studiis vacent. Nunc temporis presbyter Malachauskas in Urbe studiis Juris Can.; presbyter Usaris in Universitate Friburgensi in Germa-

nia theologiae vacant. Praeterea apud S. Sedem Apostolicam necessarii gressus fiunt ut in Urbe speciale Collegium Lituanum pro studiosis Lituaniae erigi possit.

CAPUT VII.

De Clero generatim.

45. Non obstante belli duritie, clero generatim de mediis honestae sustentationis sufficienter provisum est.

Pro senibus et infirmis presbyteris habentur: a. beneficia simplicia vulgo altariae, constantia ex aedibus seu domo, parvo horto vel agri fundo; b. parva subsidia ex aerario Reipublicae pro invalidis; c. praeterea habetur presbyterorum associatio mutui auxilii pro casu infirmitatis. – Domus specialis, ubi senio vel infirmitate confecti presbyteri sustententur, in dioecesi deest.

46. Domus propria pro spiritualibus cleri exercitiis vel quo poenitentes recipiantur non adest.

Exercitia communia cleri peraguntur tempore feriationis aestivae in aedibus Seminarii aut per decanatus – in amplioribus aedibus parochialibus.

Sacerdotes poenitentes in aedibus monasterii Ord. Fratrum Minorum Kretingae ~~reperiri~~ internari solent.

47. Ordinarius curavit, etsi non semper cum fructu expectato, ut clerici omnes ea adimpleant quae recensent:

can. 125 circa sacramentalem confessionem et pietatis exercitia;

can. 126 circa periodicum recessum ad spiritualia exer

citia;

cann.131 et 448 circa conferentias cleri;

can.133 circa cohabitationem cum mulieribus;

can.134 circa communem clericorum vitam,praesertim vicariorum cooperatorum:cum suo parocho ad normam can. 476 § 5;

can.135 circa recitationem officii divini;

can.136 circa habitus ecclesiastici et tonsurae delationem;

can.811 circa vestis talaris delationem in missae celebratione;

can.137 circa fideiussiones cavendas;

cann.138-140,142 circa abstinentiam ab omnibus quae statum ecclesiasticum dedecent,a theatris et spectaculis mundanis et a negotiorum saecularium gestione.

Canonem 130 circa examina annualia novorum presbyterorum omisi urgere ob penuriam sacerdotum,qui et ipsi,quia pauci sunt,officiis implendis gravantur.

48.Intuitu boni communis et ad utilitatem religionis concessi ad normam can.139 4.quinque sacerdotibus licentiam suscipiendi munus deputatorum Coetus legislativi /Steigiamasis Seimas/.Uni presbytero data erat permissio operam praestandi in cooperativis.Nonnulli istis operibus participant praesumpta Ordinarii licentia,neque hos hactenus coercendos opportunum existimavi,donec fideles laici id negotiorum genus absque sacerdotum auxilio propriis viribus gerere assuescant;concessiones pro mensis nummulariis

seu arcis non occurrunt.

49. Clerus generatim praestat eam quam can.127 praescribit obedientiam et reverentiam erga Ordinarium suum, et erga Apostolicam Sedem. Sunt tamen duo sacerdotes qui, valetudinis recuperandae causa in exteras regiones dimissi, ibidem manent contra Ordianrii expressam voluntatem studiis vacaturi; unus sacerdos ante quinque annos ad studia theologica continuanda in Helvetiam dimissus, nunc ultra tempus permissum Parisios profectus sine venia Ordinarii scientiis politicis operam dare intendit. Adsunt in dioecesi quinque sacerdotes linguae polonae; inter hos et clerum lituanum debita caritas sacerdotalis foveri creditur; nec Ordinarius in cura pro utrisque defecisse videtur.

50. Generatim clerus officia, quae Ordinarius iuxta can. 128 eis committit, suscipit obsequenter.

Habetur tamen sacerdos A. Mylimas qui, notabili fundo agri a cognatis dono obtento, officium ecclesiasticum suscipere non vult, praetextu labefactae valetudinis, et mavult in suo praedio vivere a duobus iam annis rusticationi incumbens.

51. Plures sacerdotes de Ordinarii licentia in diariis et libellis periodicis scribunt; tres vel quatuor diariis aut periodicis moderandis operam dant, idque magna facultate et utilitate peragere videntur.

52. Generatim clerici a legendis diariis vel libris contra fidem aut bonos mores tractantibus sese abstinent vel in casu necessitatis dispensationem sibi procurant.

Unus sacerdos Franciscus Vilmas, pluries ab Ordinario

monitus et correptus ob delicta contra obligationes propriae status, anno praeterito habitu clericali deposito, factioni socialisticae adhaesit. Alter Ludovicus Adamauskis item correptus de socialismo suspectus est. Presbyter Joseph Kubilius qui commissum sibi vicarii munus deserere praesumpsit et habitu clericali dimisso, clam aufugit, an. 1920 ad normam can. 2399 a divinis suspensus, per nefas ad statum saecularem regressus est.

53. Supra /num. 52/memoratus sac. Vilunas ob socialismi propagationem necnon morum licentiam dioecesano Tribunali traditus ac in monasterium Ord. Fratr. Minorum se conferre iussus, obedire detrectavit, factioni socialistarum nomen dedit et nunc ephemeridis socialisticae collaboratorem aut moderatorem agere fertur.

Sacerdos Antonius Šufinskis Tribunalis dioecesani sententia anno 1919 erat suspensus ab exercitio ordinis et iurisdictionis ad quinquennium ob delicta contra obligationes proprias status, potissimum ob vitae lasciviam; nunc datis resipiscentiae signis ad sacrum litandum admissus est, firma suspensione ab exercitio aliarum functionum ordinis aut iurisdictionis, donec manifesta signa emendationis afferat et designatum ipsi examen e disciplinis sacris absolvat.

CAPUT VIII.

<u>De Capitulis</u>.

54. Cathedrale Capitulum Samogitiense adest Caunae.

55.Capitulum constat novem canonicis capitularibus,quorum 6 gaudent praelatorum titulo,variis temporibus a Sede Apostolica probato;omnes sunt collationis episcopalis.Officia Canonici theologi et Poenitentiarii adsunt.Munus theologi implere censetur canonicus,qui ad normam can.400 § 3 sacras disciplinas in Seminario docet.

Habetur Collegium vicariorum ecclesiae cathedralis constans vice-praeposito et 5 vicariis.

56.Dotatio Capituli est:a.ex aerario Reipublicae pensio annua marc.50400;b.aliquot aedes in civitate episcopali mediocris valoris;c.unum praedium parvum in dioecesi longe a civitate episcopali situm,quod in praesenti fere nullum emolumentum praestat.

Regulae Canonis 395 circa distributiones quotidianas et punctaturas non servantur.

57.Canonicatus aut beneficia patronata non adsunt.

58.Capitulum habet statuta seu"Constitutiones Ecclesiae Cathedralis Mednicensis"confirmatas 1563 anno die 24 mensis martii a D.ino Berardo Bon Joanne,Nuntio Apostolico cum facultate Legati de Latere in Regno Poloniae et Magno Ducatu Lituaniae.

59.Canonici ad honores sunt 11.Regulae can.406 de iis servantur.

60.Sede episcopali vacante eligitur a Capitulo Vicarius Capitularis ad normam iuris.

Ultima vacationis vice mense septembri 1913 anni electus fuit a Capitulo Vicarius Capitularis qui secundum vigentem

tunc temporis in regione legem Russicam confirmandus erat a gubernio imperiali.

Quoad modum constituendi Episcopos usuveniebat praevia praesentatio principis. Hic modus videtur nizus Concordato cum gubernio Russiae.

61. Diebus dominicis et festis sacras functiones in ecclesia cathedrali peragit Capitulum; in ceteris vicem Capituli supplet Collegium vicariorum cathedralium.

De modo quo Capitulum se erga suum Ordinarium gerit et de aliis quae ad eius bonum nomen pertinent nil nisi bene dici potest.

62. Alia Capitula in dioecesi non adsunt.

CAPUT IX.

De Vicariis foraneis et Parochis.

63. Vicarii fornaei, vulgo decani, adimplent diligenter ea omnia quae can. 447 praescribit de vigilantia in ecclesiasticos viros sui districtus, de cura ut canonicae leges et decreta Ordinarii observentur; paroecias visitant quotannis iuzta normas ab Ordinario de statu sui vicariatus iuzta can. 449.

64. Paroeciae omnes sunt de suo proprio pastore provisae.

Lez a can. 460 lata de uno dumtazat pastore in unaquaque paroecia habendo observatur.

65. Ante revolutionem, sub vetere regimine russico ob

difficultates in parochorum institutione, amotione et translatione nominabantur paroeciarum administratores ceu parochi amovibiles; qui in dioecesi habentur adhuc multi. Posteriori vero tempore constituuntur parochi stabiles.

Ecclesiae cathedrali paroecia non est unita /adiuncta/.

Paroeciae unitae Capitulis, domui religiosae aut alii personae morali non adsunt.

66. Paroeciae patronatui obnoziae non habentur.

67. Provisio paroeciarum iure consuetudinis immemorabilis haotenus non fit per concursum, sed per Ordinarii electionem et designationem.

68. Parochi vivant reditibus: a. e fundo terrae circa 30 ha; b. parva pensione ez aerario publico a 275 ad 600 rub. russ. pro anno; c. e iuribus stolae; d. partim etiam liberis fidelium contributionibus annuis in specie sic dictae kalendae, quae cedit in subsidium cleri paroecialis et famulorum ecclesiae. Vivunt generatim commode nec sunt qui egestate laborent. Omnes domo paroeciali propria eaque sufficienti instructi sunt.

69. Parochi generatim satisfaciunt iis quae praescribuntur:

can. 463 § 4 circa gratuitum ministerium praestandum iis qui solvendo pares non sunt;

can. 465 circa residentiam;

can. 466 circa applicationem missae pro populo;

can. 467 circa sacramentorum administrationem et animarum salutis zelum;

can.468 circa infirmorum curam;

can.469 circa vigilantiam ne errores contra fidem et vitia subrepant;et circa opera caritatis,fidei et pietatis in paroecia instituenda et fovenda;

can.470 circa paroeciales libros recte conficiendos;circa exemplaria tradenda quotannis Curiae episcopali;

can.735 circa sacra Olea a parochis decenti ac tuto loco custodienda.

70.Circa baptismum:Quaelibet ecclesia parochialis sacro fonte est instructa iuxta can.774;

Tempore hiemali quando ob aeris asperitatem infantes sine gravi incommodo in ecclesiis baptizari nequeunt,fons baptismalis ex consuetudine immemorabili collocatur in calefactis aedibus domus paroecialis,vel de licentia Ordinarii ad normam canonis 776 baptismus in domo privata administratur.

71.Circa SS.Sacramentum:Parochis cura est et studium indefessum ut fideles,iuxta can.863,saepius et etiam quotidie Pane Eucharistico reficiantur;

ut iuxta can.865,infirmi,dum plene sunt sui compotes,S. Viaticum suscipiant;

ut iuxta can.1273,1274 et 1275 cultus SS.Sacramenti augeatur,excitando fideles ad quotidianam pro posse Missae adsistentiam,ad visitationem peragendam,exponendo statis temporibus SS.Eucharistiam;

ut iuxta can.858,pueri usum rationis assecuti et sufficienter dispositi quam primum ad sacram communionem ad-

mittantur.

72.Circa <u>Extremam Unctionem</u>:Parochis cura est,ut hoc Sacramentum ab infirmis recipiatur dum sui plene compotes sunt.

73.Circa <u>matrimonii</u> celebrationem:Parochis omnibus est diligens cura observandi quae praescripta sunt in Codice lib.III,tit.VII,circa libertatem status,impedimentorum dispensationem,sacros ritus et adnotationem matrimonii.

74.Circa <u>catechesim</u>:ab omnibus parochis diligenter servantur quae praescribit:

can.1330 circa peculiarem catechismum pro prima confessione et communione et pro confirmatione puerorum;

cann.1331 1336 de catechismo diebus festis impertiendo tum pueris tum adultis ob penuriam sacerdotum nondum in omnibus ecclesiis fideliter observantur.

75.Circa <u>evangelii</u> explanationem can.1344 servatur. Sacrae conciones habentur quibusvis Dominicis et festis; praeterea tempore Quadragesimae in principalibus oppidis habentur quavis dominica sermones de Christi D.ni Passione.

76.Vicarii cooperatores aliique animarum curatores suis officiis funguntur iuxta can.473 seqq.

CAPUT X.

<u>De religiosis</u>.

77.Ordinarius per se vel per suos delegatos peragit

visitationem omnium monasteriorum et domorum religiosarum in dioecesi.

Canonica visitatio monasterii monialium ordinis S.Benedicti Caunae mense decembri 1919 anni peracta est, ad emendandos et removendos notabiles defectus in domo religiosa detectos die 31 decembr.1919 an.datum ab Ordinario speciale decretum visitationis, a quo a parte religiosarum recursus ad Sedem Apostolicam interpositus est.

S.Congregationis Religiosorum Decreto die 5 Junii anni 1920 dato monasterium religiosarum Benedictinarum Caunensium ab auctoritate Ordinarii loci ezemptum et ezclusivae iurisdictioni Nuntii Apostolici in Polonia subest.

Sorores S.Catharinae duo puerorum asyla moderantur, in iisque de Ordianrii licentia doctrinam fidei tradunt.

78.Omnes religiosi sive viri sive mulieres vitam communem ducunt, bona fama gaudent et dioecesi utiles sunt.

Religiosi Ord.Fratr.Min., moniales Benedictinae, Sorores S.Casimiri et S.Catharinae in habitu suae religionis incedunt.

Sorores vero Congreg. Famularum B.Mariae Immaculatae pariter et Famulae Cordis Jesu, vigore suarum Constitutionum modesto habitu saeculari incedunt.

79.Religiosi vel religiosae quaestuantes non adsunt.

80.Congregatio in communi sine votis viventium non datur.

81.Ordinarius in suae iurisdictionis ezercitio nullum offendiculum cum religiosis habuit.

82.Religiosi viri ordinibus sacris iam initiati,qui exclaustrati,saecularizati aut dimissi a religione fuerint, non adsunt.

83.a.Religiosae mulieres,quantum id per belli adiuncta licebat,leges canonicas circa admissionem ad novitiatum, professionem,clausuram,confessarios ac bonorum temporalium administrationem observandas curabant ad normam cann.512, 513,520-527,533-535,547,549,550,552,600-605;

b.Monasteria monialium superioribus regularibus non sunt subiecta.

c.Sorores vitae activae praecipue puellis in orphanotrophiis educandis,in christiana doctrina instituendis magno cum religionis fructu operam dant.Sorores quae infirmis in privatis domibus adsistant,aut rem domesticam in domibus virorum gerant,non habentur.

CAPUT XI.

De populo fideli.

84.Populus generatim excellit profunda religiositate et bonis moribus.Infausta belli diuturni tamen adiuncta influxum malum in iuventam catholicam exercuerunt.Libertas civilis etiam morum quandam licentiam ex parte secum attulit.

Ut christianae vitae professio labefactata ad pristinum

rigorem reducatur,instituuntur catholicae associationes, divulgantur catholici libri,ephemerides,praeterea huius anni decursu in omnibus pro posse paroeciis missiones sacrae instituentur,a Patribus Congreg.Marianorum moderandae.

85.Clericos,maxime Episcopum et S.Pontificem populus omni qua par est reverentia prosequitur.

86.Observantia can.1248 circa praeceptum audiendi sacrum et abstinendi ab operibus servilibus diebus festis;

can.1252,1254 circa abstinentiam et ieiunium;

can.770 circa sollicitam baptismi collationem infantibus;

can.859 circa communionem paschalem inter populum magna est.In ruralibus paroeciis e mille solummodo 5-10 personae communionem paschalem omittunt.In oppidis inter cultiores maior pars in adimplendis religionis obligationibus negligens,tepida est.Sunt qui se catholicos profitentur,interne tamen religionis dogmata suo sensu intelligunt,praeceptis eius sese subdere nolunt.

Populus fidelis ad frequentem communionem avide accurrit

Extrema sacramenta generatim a fidelibus appetuntur studiose;adsunt tamen praesertim inter cultiores /vulgo "intelligentes"/indifferentismo imbuti,qui sacramentorum susceptionem differunt vel negligunt,rarissime tamen qui expresse recusare audent;eorum proportio pro centenis accurate dici non potest ob defectum numerorum,sed est valde parva.

Cadaverum crematio in dioecesi non est in usu;omnes etiam liberalismo vel indifferentismo in rebus fidei faventes

funeribus ecclesiasticis sepeliri malunt.

87. <u>Matrimonia</u> et divortia civilia non admittuntur etiam vigenti lege civili.

Concubinatus in paroeciis ruralibus est rarissimus;in oppidis saepius occurrit,sed proportionem unius pro centum non censetur efficere.

Alia contra matrimonii sanctitatem vitia raro notantur.

88. Matrimonia mizta,quae antea fere ezclusive inter catholicos et protestantes occurrebant,ultimis annis etiam cum schismaticis Russis habentur. Ratio est quia leges russicae,quibus subditis orthodozis /schismaticis/ matrimonia coram ministro catholico contrahere et cautiones praestare prorsus vetitum erat,iam per revolutionem abrogatae sunt.

Status matrimoniorum miztorum anno paenultimo 1919 in dioecesi initorum vel convalidatorum hoc modo ezprimitur:

I. In parte dioecesis lituana seu catholica:

1. numerus matrimoniorum miztorum..........	98
2. matrimonia non mizta........................	7450
3. numerus relationis ad matrimonia non mizta pro centenis.....................	1,31

II. In Curonensi seu protestantica parte dioecesis:

1. Numerus matrimoniorum miztorum..........	32
2. matrimonia non mizta........................	690
3. numerus relativus ad non mizta pro centen.	4,63

III. In tota dioecesi:

1. Numerus absolutus matrimoniorum miztorum... 130

2. Matrimonia non mizta 8140

3. Proportio pro centenis in genere.......... 1,59

Matrimonia haec in dioecesi ineuntur cum praevia dispensatione, praestitis cautionibus opportunis ad normam can. 1061, quae regulariter servari solent. Causa praecipua admittendi matrimonia mizta est ne contrahentes ministrum acatholicum adeant. Celebratio horum matrimoniorum ez vigenti consuetudine immemorabili peragi solet cum consuetis ecclesiae caeremoniis, ezclusa semper Missae celebratione et benedictione.

89. De christiana educatione prolis:

Parentes aut qui loco parentum sunt, etiamsi aliunde in rebus fidei indifferentes, prolem plerumque more christiano secundum vigentem in familia traditionem aut consuetudinem educare consueverunt.

90. In omnibus scholis, praesertim elementaribus servatur praescriptum can. 1373 de institutione religiosa puerorum. A Coetu legislatorio /Steigiamasis Seimas/ paratur in praesenti Reipublicae Constitutio; catholicis cura est, ut universum educationis negotium rite ordinetur et institutioni religiosae etiam per leges provideatur.

91. Scholae elementares, quarum numerus in dioecesi 1600 ezcedit, et scholae mediae in numero ultra 30, omnes sustentantur praecipue e publico aerario, partim etiam solutionibus eorum qui scholas frequentant.

Numerus alumnorum qui scholas elementares cum bono fructu frequentant 80000 superat.

Praeservationi iuventutis scholaris caveri studetur per organizatas inter ipsos discentes <u>associationes</u> catholicas /Ateitininkai,Pavasarininkai etc./,quae proprios libellos periodicos,libros,ephemerides edendos curant,conferentias instituunt,congressus iuventutis catholicae celebrant.

92.Quoad religiosas et pias <u>laicorum associationes:</u>

In quavis paroecia adest notabilis numerus sodalium tertii Ordinis S.Francisci;fere omnes fideles adscripti sunt confraternitatibus SS.Rosarii,B.M.V.de Monte Carmelo, S.Dominici,SS.Sacramenti,Cordis Jesu et aliis.

Piae pro iuvenibus uniones numerant plura centena sodalium magno cum religionis profectu.Confraternitas Christianae doctrinae nondum est erecta,sed ~~sunt~~ [est] in praeparatione: parantur moderatores et praeceptores.

93.Associationes,quae canonicae eriguntur,servant etiam praecepta canonum 690 et 691 de subiectione erga Ordinarium et de modo administrationis.

Ceterae associationes quae,iam pridem erectae,actionem suam cum scitu vel consensu tacito Ordinarii exercere pergant,a parochis loci eorumve cooperatoribus moderantur.

94.Inter catholicas associationes sunt etiam sat numerosae illae,quae <u>sociales</u> vocantur:agricolarum,operariorum, mulierum catholicarum in finem caritativum vel mutuum subsidium,asyla pro infantibus et senibus,circuli pro iuventute.Omnes istae associationes,plerumque recenter erectae,

spiritu christiano agi videntur,directioni ac moderationi Ordinarii et Apostolicae Sedis humiliter se subdunt et magna beneficia sive moralia sive temporalia praestant.

95.Pastorum animarum curae est,ut qui hisce associationibus sive religiosis et piis,sive socialibus adscripti sunt,in fidei doctrina instituantur et christianam vitam ducant.

96.Ephemerides vel diaria obscoena,irreligiosa,modernistica dioecesim non pervadunt;sunt tamen ephemerides Ecclesiae et Clero infensae,praesertim quae factionibus socialisticis moderantur.

Libri theosophicis somniis refecti importantur e Lituania minore,protestantica quae antea ad Borussiam pertinebat,ast haec scripta sunt pauca et ob valde obscurum sensum parum influxum habere videntur.

Huic malo per catholica folia periodica,ephemerides,per catholicos libros edendos pro viribus occurritur,necnon per conferentias pro cultioribus et per congressus catholicorum obviam itur.

97.Massonicae sectae addicti vel massonicae tabernae in dioecesi videntur non haberi.

98.Socialismi societates habentur,et quidem triplici in specie:socialistae nationalistae,satis moderati;socialistae democratae,magis ordini ecclesiastico infensi;praeterea socialistae-communistae qui,lege quidem non admissi,sed clam contra fidem ac ordinem civilem agitare student.In nonnullis scholis mediis etiam pars iuventutis socialisticis pla-

citis infecta est,et suum folium periodicum habet,Ecclesiae satis infensum.

Periculum religionis exinde non parvum;malo huic occurritur,ut iam supra /num.96/ indicatum est;per associationes ac congressus catholicorum,per libros et ephemerides catholicas edendas et propagandas.

99.In exercitio iurium politicorum et civilium fideles catholici religionis bono et Ecclesiae libertati pro viribus consulere student.In Comitiis legislatoriis,inter magistratus supremos in praesenti praecipuam partem tenent.

CAPUT XII.

Judicium sintheticum circa dioecesis statum.

100.Omnibus in universum complexis,dioecesis conditio, materialis ac moralis,ultimis annis,inter diuturni belli calamitates,quod semper adhuc in nostra regione perseverat, est gravis et plena periculis.

Spes melioris status ponitur: 1.in clero magis in dies doctrina,fidei zelo,morum sanctitate adaugendo;

2.in catholicis associationibus,catholica actione tum sociali tum politica promovenda;

3.in catholicis scholis erigendis,in scriptis propagandis

4.in collaboratione utili religiosorum Ordinum ac Congregationum in dioecesi.

Praeterea,post vicissitudines politicas quas regio in praesenti subit conditio Ecclesiae melior futura speratur.

Nam vincula, quibus religio catholica per integrum saeculum sub dominatione Russorum constricta fuit, nunc relaxata sunt. Recuperata libertate politica natio Lituana totis viribus tendit ad restaurandum et condendum Statum proprium cum forma regiminis democratica. Et quia catholici in Statu praevalere videntur, licet sperare futurum ut libertati Ecclesiae etiam legibus favore religionis caveatur.

(–) Franciscus Karevičius,
Episcopus Samogitiensis

Caunae,
Die 25 Januarii 1921 an.
Nr.265.

Can. C. Šaulys
Cancell.

Laisvė

visuomenės, politikos ir literaturos laikraštis.

EINA KASDIEN, IŠSKIRIANT DIENAS PO ŠVENTADIENIO.

Redakcijos adresas: Kaunas, Ožeškienės g. 25, telef. 161.
Administracijos: D. Vilniaus, 34, telef. 26.
Priima nuo 8—1 val, 3—6 v. v.

Redaktorius priima tik nuo 4 — 5 val.

ATSKIRO NUM. KAINA 1 auks.
Prenumerato kaina: Mėnesiui 10 auks. Metams 120 auks.
Skelbimų kaina: petito eilutėi ar jos vietai—Lietuvoje paskutiniame pusl. 2 auks., pirmam 4 auks.; užrubežio firmoms—sulyg sutarties

№ 43 | Kaunas, ketvirtadienis, vasario 24 d. 1921 m. | II m

Kelionė Žemaičių Vyskupo pas šv. Tėvą.

Sugrįžus iš Romos J. Eks. Vyskupas Pr. Karevičius priėmė „Laisvės“ korespondentą, kuriam suteikė sekančių žinių apie savo kelionę.

Žemaičių Vyskupas Pranciškus Karevičius 17 vasario sugrįžo iš Romos, kur buvo nuvykęs pranešti šv. Tėvui apie savo vyskupijos reikalus, pas dvasiškąjį stovį, kaip tatai reikalauja Bažnyčios įstatai (kan. 340) su lig kurių kiekvienas vyskupas kas 5 metai turi asmeniškai daryti pranešimą Apaštališkajam Sostui apie savo vyskupijos stovį. Šitas mūsų Ganytojo oficialis apsilankymas pas šv. Tėvą buvo *pirmutinis oficialis bėtarpis* susinešimas Žemaičių Vyskupo su Apaštoliškuoju Sostu. Lig šiol tą susinešimą trukdė senovės rusų valdžia, ir kiti okupantai.

Pas šv. Tėvą.

Romoje mūsų Ganytojas susilaukė malonaus priėmimo pas šv. Tėvą, pas kardinolą Gasparri, kard. delVal, kard. Delay mons. Ceratti ir įvairiose Bažnyčios įstaigose. Šv. Tėvas mūsų Ganytoją priėmė 9 vas. Šv. Tėvas Benediktas XV labai indomavos Žemaičių vyskupijos ir abelnai Lietuvos katalikų reikalais ir išreiškė džiaugsmo, kad Lietuvos katalikai po tiek metų priespaudos susilaukė tikybos liuosybės ir liuoso susinešimo su Apaštalų Sostu. Malonų įspūdį į šv. Tėvą padarė mūsų Ganytojo pranešimas, kad Lietuviai katalikai stato puikias bažnyčias, uoliai pildo katalikiškas pareigas, rengia katalikų kongresus, organizuojasi, steigdami draugijas, turi Seime daugumą atstovų katalikų, turi savo spaudą ir vis plačiaus dalyvauja visuotiname Bažnyčios gyvenime.

Žemaičių vyskupas išreiškė vš. Tėvui padėką už paskelbimą pasauliui Lietuvos dienos, už šv. Tėvo aukas lietuvių vaikams našlaičiams. Šv. Tėvas su didele užuojauta atsiliepė apie nuoskaudas padarytas karo vėsulo ir Lietuvos šalei, taipogi apgailėstavo, kad Lietuvos sostinė Vilnius tebera dar lenkų užgriebta (vestra principalale Vilna a polonis occupata), teiravos kokius santikius nustato Lietuvos konstitucija Katalikų Bažnyčiai su valstybe. Užsiminus mūsų Ganytojui apie būsimą 500 metų jubilėjų Žemaičių vyskupijos, šv. Tėvas prižadėjo tai iškilmei suteikti įvairių dv. malonių bei atlaidų ir paskelbti mūsų vyskupijai tam tikrą bullą (Papos raštą). Pogalios šv. Tėvas suteikė visai Žemaičių vyskupijai ir Lietuvos šalei savo palaiminimą.

Vatikano Kurijoje.

Pas šv. Tėvo sekretorių kardinolą Gasparri, vyskupas Karevičius padarė platesnį pranešimą apie Žemaičių vyskupijos reikalus, iškeldamas aikštėn didelį nepatogumą susinešinėjimų su Apaštalų sostu per Varšuvą, lyg tartum Lietuva nebūtų savystovė nepriklausoma valstybė, bet Lenkų provincija. Lietuvos nepriklausomybę, lygiai kaip ir Lenkijos, pirmieji yra paskelbę Vokiečiai, paskui Bresto taikoje Rusija yra atsižadėjus Lietuvos šalies, o pernai met įvykusia Maskvoje taikos sutartimi su Rusija. Lietuva visai yra pasiliuosavus nuo Rusų gegemonijos ir jųjų pripažinta nepriklausoma valstybe.

Kad lenkai atsisakytų nuo savo pretenzijų prie Lietuvos ir grąžintų lietuviams Vilnių, normalus santikiai tarp tų dviejų valstybių būtų seniai nustatyti. Kard. Gasparri patėmijąs — tiesą, jūsų sostinė Vilnius tebėra lenkų okupuota, vyskupas Karevičius dar paaiškino kad galutinas priskyrimas dalies Lietuvos su Vilnium prie Lenkijos lietuvių lenkų santikių nepagerintų, nes sudarytų Lenkijoje lietuvišką invidentą, kuri lauktų tikt progos, kad atvaduot lenkų okupuotus kraštus.

Toliaus Žemaičių Vyskupas išrodė visus nepatogumus susinešinėjimo Lietuvos su Apaštalų Sostu per Varšuvą ir kilstančius iš to nesusipratimus. I o paskirimas Lietuvos bažnytiniems reikalams moks. Ratti, lenkų nuncijaus Varšuvoje, be pranešimo Vyskupui ir Lietuvos valdžiai rodės lyg tartum Lietuva būtų Lenkijos provincija arba toks menkas kraštelis, su kuriuo neverta skaitytis. Tą nuomonę Lietuvos valdiškose sferose patvirtino dar paskirimas, atejęs iš Varšuvos nuo mons. Ratti taipojau be jokių susinešimų su Lietuvos valdžia. prel. Pr. cevičiaus Benediktinių vienuolyno globėju, kurį Lietuvos Apsaugos Ministerija dar pereitą vasarą buvo ketinus iš Kauno išsiųsti už jo priešvalstybinį veikimą. Panašūs įvykiai erzina lietuvių katalikų visuomenę, kuri jaučiasi užvilta savo pasitikėjimu šv. Tėvui, nes tą pasitikėjimą lenkai išnaudoja saviems politiškiems tikslams. Lietuvos valdžia ir Seimas skaito save užgautais jų ignoravimu ir vistai gali pablogint gerus lig šiol santikius Lietuvos Valdžios su Katalikų Bažnyčią ir paskatinti Seimą ginkluotis prieš ją ypatingais įstatais ir apsaugos konkurdatais.

Kai kurie kiti keisti mons. Ratti patarimai Lietuvos vyskupams taipogi buvo padarę nemalonų įspūdį Lietuvių visuomenei ir valdžios sferose, kaip antai: patarimas Seinų vyskupui užleist savo sostinę Seinus lenkams, patarimas Vilniaus vyskupui atstatyt savo sekretorių kun. Vaitkevičių, baigusį aukštesnius mokslus užsieny, bet lietuvį .

Kad išvengus toliau panašių nesusipratimų Žemaičių Vyskupas išreiškė pageidavimą, kad Lietuvos vyskupas būtų galutinai atskirtas nuo Mohilevo metropolijos (su kuria jau nebeturi jokių ryšių) ir nuo Lenkų provincijos ir iš Lietuvos vyskupijų butų sudaryta atskira Lietuvos Bažnytinė Provincija. Išdėstyti priparodymai rado pritarimą kard. Gasparri ir moks. Caretti ir buvo užtikrinta: kaip tikt Lietuvos sienos bus galutinai nustatytos ir Vilnius grįž prie Lietuvos, bus sudaryta atskira Lietuvos bažnytinė provincija su arcivyskupu priešakyje.

Žemaičių Vyskupas dar išreiškė pageidavimą: jeigu mons. Ratti būtų iš Varšuvos avansuojamas kur kitur, kad Lietuva nebebūtų priskirta naujam Lenkijos nuncijui.

Esant Žemaičių Vyskupui pas moks. Ceretti, pastarasis veizėdamas į mon. Ratti raštą užklausė: ar tiesa, kad lietuviai savo girias yra pardavę anklų žydams? Vyskupas Karevičius paaiškino, kad Lietuvoje miškus pardavinėjo žydams daugiausiai dvarponiai lenkai. Lietuvos gi valdžia pernai met buvo pardavus anglams linų ir sėmenų partijas, bet tolimesnių koncesijų nei anglams nei kitoms valstybėms nėra suteikus.

Atlikęs dar kai kurios reikalus Romoje J. Eks. Žemaičių Vyskupas sugrįžo Kaunan, išbuvęs Romoje apie 10 dienų, išviso gi kelionė truko pustrečios savaitės.

Lenkų popieriai krinta.

Žemaičių Vyskupo atsilankymas Romoje ir pranešimas apie dabartinius Lietuvių Katalikų reikalus išsklaidė daug netikrų paskalų paleistų apie mus iš lenkų pusės. Vatikanui kaskart labiaus darosi aišku, kad neužtenka iš vienų lenkų semt žinių apie Lietuvos ir abelnai apie Rytų Bažnyčių reikalus. Įsteigtąjai neperseniai Rytų Bažnyčių Kongregacijai ėmus plačiau tyrinėti Rusų Bažnyčios klausimą kaskart labiaus aiškėja, kad Rytų (Rusijos) misijoms mandato negalima pavesti vieniems lenkams (kaip jie to norėtų), bet tam tikslui labiaus tiktų lietuviai ir kitų tautybių misionoriai arčiau apsipažinę su rusų kalba ir papročiais. Lenkai savo nuolatiniais šmeižtais tokių žymių bažnytinių veikėjų kaip Breslavo arcivyskupas, Kard. Bertiamas, Lvovo metropolite Septickis, patys sau mažina pasitikėjimą Vatikane. Anot „Allg. Rundsch.“ lenkai savo pinklėmis yra išgranžę 14 žymesniųjų katalikų kunigų vokiečių, profesorių seminarijų, prelatų Rytprūsuose ir Poznaniuje. Daroma buvo pastangų iškeldinti Kulmo vyskupą ir Breslavo arcivyskupą, kaipo vokiečius nenorinčius leisti lenkų politiškas agitacijas bažnyčioje ir bažnytiniose įstaigose.

Apie Lvovo unistų metropolitą Sęptuckį lenkai yra sudėję ilgiausias pasakas legendas vienų šmeižtų, vis už tai, kad tasai Ganytojas yra savistoviai sutvarkęs Galicijos unistų Bažnyčią ir paliuosavęs ją iš lenkų politiškos priespaudos. Apie 100 unistų kunigų buvo lenkų valdžios suimtų ir dauguma jų sukišta į kalejimus. Rusams užėmus Lvovą ir išvežus metrop. Šeplickį Rusijon, tasai nenuilstamas Ganytojas nors kiek kankinamas pravoslavų vienuolynų kalėjimuose Solonecko vienuolyne, nesiliovė rūpinęsi Bažnyčios reikalais. Kilus Rusijoje revoliucijai buvo iš kalėjimo paliuosuotas ir metr. Septickis ir vel kolisi ėmė varyt apaštalavimo darbą: Kijave pašventino į unistų vyskupus rusą. Ukrainai kun. Bocianą, įstatė Peterburge unistu Egzarchą (vyresn. vyskupu) visai Rusijai, priemė nemažai pravoslavų dvasiškių Katalikų Bažnyčion. Už visus tuos savo apaštališkus darbus metr. Sephckis buvo lenkų įskųstas Romos Kurijoje, būk elgiąsis sauvališkai, bežinios ir leidimo Šv. Tėvo, ir kaipo maištininkas turįs būti prašalintas iš Lvovo metropolijos sosto. Metropolitas Sephckis gavo važiuoti Romon teisintis, lenkai gi ėmė šaukt — dabar Sephckiui busiąs galas. Bet koksai gi buvo visų šmeižikų nusiminimas, o džiaugsmas visos unistų Bažnyčios, kad metr. Sephckis pristatė šv. Tėvui visą eilę dokumentų ir įgaliavimų Pijus X, varyti kurijas ir organizuoti Katalikų Unitų Bažnyčią Rytuose! Visi skundų ir šmeižtų kalnai griuvo su syk ir metrop. Sephckis gavo iš šv. Tėvo pagirimą ir *1 mil. lirų* rusinų kalegijai atnaujinti Romoje.

Katalikų Bažnyčiai po visų karo audrų atsidaro nauja, plati ir seniai pageidaujama dirva Rytuose, ypatingai Rusijoje Čia vedamąją rolę tikriausiai teks lošti metropolitai Septickiui. Lietuvių dvasiškija be abejonės nemažai galės prisidėti prie to apaštaliavimo darbo, sunaudodama labai tiksliai rusų kalbos mokslą ir rusų papročių žinojimą, įgytą „rusinimo laikais...

Dar žodį lieka tarti apie lietuvių atstovą prie Vatikano, kan. Narajauską. Jisai savo taktu ir veikimu yra įgijęs visuotiną prielankumą ir pasitikėjimą Romos Kurijoje,

J. B.

Ūkininkų suvažiavimo reikalu.

1921 m. vasario 27 d.

Jau nebetoli teji valanda, kada jūs,
žemės milžinai — ūkininkai, tarsit *savo*
ir pilną skausmų, bet galingą žodį...

Iš visų Lietuvos kaimų ir
būriais rinkitės, piliečiai ir pili
sostinėn, Kaunan, kur da
daug naujųjų kelių nuti
mei ir gerovei.

Kad duoti
vąjį jūsų gyven
savo tarpe
siela atsi
čius
na